Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26123
Copyright: Admont, Benediktinerstift



posuit dicens · conuersus dnus respexit petrum · & recordat est
petrus uerbi dni · marthe autem & marcus qui de ista respectione
tacuerunt non uerbi dni sed uerbi ihu eum recordatum esse
dixerunt · ut etiam ex hoc intelligamus illam respectionem a ihu
non humanis oculis sed diuinis factam · Sequitur & marthe & dicit ·
Mane autem facto consilium inierunt omnes principes sacerdo
tum & seniores populi aduersus ihum · ut eum morti traderent
Et uinctum adduxerunt eum · & tradiderunt pontio pilato
presidi · Marcus similiter · Et continuo mane inquit consilium
facientes summi sacerdotes cum senioribus & scribis · & uniuer
so concilio · uincientes ihum · duxerunt & tradiderunt pilato · Lucas
autem postea quam compleuit narrando petri negationem ·
recapitulauit que cum dno gesta sunt iam ut apparet cir
ca mane · atque ita contexuit narrationem · Et uiri qui tene
bant illum illudebant cedentes · & uelauerunt eum · &
percutiebant faciem eius · & interrogabant eum dicentes ·
prophetiza · quis est qui te percussit · Et alia multa blasphemantes
dicebant in eum · Et ut factus est dies · conuenerunt se
niores plebis & principes sacerdotum & scribe · & duxerunt
illum in concilium suum dicentes · Si tu es xpc · dic nobis
Et ait illis · Si uobis dixero non creditis mihi · si autem & inter
rogauero non respondetis mihi · neque dimittetis · Ex hoc autem
erit filius hominis sedens a dextris uirtutis dei · Dixerunt
autem omnes · Tu ergo es filius dei · Qui ait · Vos dicitis · quia
ego sum · Illi dixerunt · Quid adhuc desideramus testimonium ·
ipsi enim audiuimus de ore eius · Et surgens omnis multi
tudo eorum · duxerunt illum ad pilatum · Hec omnia narrauit
lucas · ubi intelligitur quod etiam matheus & marcus